

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Detractio p  
cum fontibus proximo et primo

Quid aliud detrahentes faciunt  
nisi quod in puluerem sufflant  
et in oculos suos terram excitant  
ut unde puluis detractionis perflant,  
inde minus ueritatis uideant?

Gregorius ibidem (super Ezechielem omelia IX.).

Sed detractio inducit gravissimum defectum,  
scilicet excaecationem mentis: dicit enim Gregorius:

Quid aliud detrahentes faciunt  
nisi quod in pulverem sufflant  
et in oculos suos terram excitant:  
ut unde plus detractionis perflant,  
inde minus ueritatis uideant?

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 73.3.4 (P. Caramello ed., p.353).

Quid aliud detrahentes faciunt,  
nisi in puluerem sufflant  
atque in oculos suos terram excitant,  
ut, unde plus detractionis perflant,  
inde magis nihil ueritatis uideant?

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*, 11.1  
(CCSL 140A, D. Norberg ed., p.858, ll.21-23).